

Si respicit Angelos dicit Auctoritatem.

Delegatam, } Delegatam, quando immediate mittitur a Deo, & ipse operatur, vt in Incarnatione
Subdelegatam, & } Angelus Gabriel habuit auctoritatem delegatam, qua a solo Deo missus: Ideo in-
Ministerialem. } quit scriptura: Missus est Angelus Gabriel a Deo, in ciui. Ga.

Zach. 2.
Gab. 8. 1. lib. 3.
D. 10. q. 1. nica.
art. 4.

Subdelegatam quando Angelus ab alio mittitur Angelo. Hoc apparet Zacha. 2. vbi habetur, q Angelus, qui loquebatur in me egrediebatur: Et alius Angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Cure, loquere ad puerum istum dicens, Absque muro habitabit Hierusalem.

Ministerialem, quando operatur aliquo signo visibili. Vt quando Angelus ense occidit p̄tos Ægyptiorū. Si vero respicit missio, filium, & Spi. S. a patre missos sumitur, & dicit Auctoritatem.

Apparitionem, } Si dicit auctoritatem sic solus pater mittit filium, & S. S. quia tota auctoritas in diuinis
Infusionem, } est originata a patre in duas personas, & ideo solus mittit. Hinc pater non dicitur mitti ne dicatur habere principium.

Si autem dicit apparitionem, & infusionem: Tunc filius mittitur, & S. S. quia noua quadam existentia apparent in qua prius non erant. Hoc apparuit in Incarnatione, quando verbum humana assumpsit, natura in vnitate personæ. Hoc idem apparuit, quando S. Sanctus apparuit sub specie columbe.

Si dicit gratiæ infusionem. Sic etiam mittuntur inuisibiliter, quando datur gratia S. S. in Baptismo vnde sumus filij adoptiui. Ideo dicit Io. ad eum veniemus, & mansionem apud e. f. sibi pater venit, sed non dicitur mitti ne credatur, q non sit principium a fe. Hæc quo ad mitti circa filium, & Spi. Sanctum.

Secundum obseruandum dicitur esse respectu huius termini dare. Nam dicere solent Theologi q datur Spi. S. & hoc vt possum colligere, est respectu gratiæ, & fit quinque modis.

Generaliter, } Generaliter in singulis creaturis, nam omnibus semper se offert bonis, & malis.
Specialiter, } Specialiter iustis, vnde maiore eum gaudio, & visione.
Specialissime, } Specialissime vt Prophetis, Patriarchis, Apost. Solomon, Tob, Martiribus, & similib.
Singulariter, } Singulariter Virgini, quæ concepta fuit sine peccato, & concepit Redemptorem.
Et plenissime. } Plenissime Christo, qui fuit plenus gratiæ ab instanti suæ conceptionis.

3. D. 3. q. 1. art.
3. Illabi quid.

Quo ad vltimum de verbo illabi. Hoc verbum a N. Doctore explicatur optime, quod nil aliud significat nisi plenum dominium super animam rationalem. Nam inquit Doctor noster.

Tripli. pendet a Deo, secundum triplicem genus causæ, pendet enim.
Efficienter, } Efficienter per potentiam, } Effectiue per creationem gratiæ,
Formaliter, & } Formaliter per præsentiam, } Formaliter per collationem gratiæ, &
Finaliter. } Finaliter per essentiam. } Finaliter per coronationem Gloriæ.

Ideo nulla creatura dicitur illabi homini nisi Deus. Dæmonium namque licet exterius dominetur creaturæ per vexationem, & impulsum, non dominatur, tamen interius.

Hinc licet percussit Iob et alios non tamen illos coegit. Solus ergo Deus illabitur, quia solus creat animam sine medio. Hinc obseruabat Doctor ita illabitur animæ rationali, q Spi. Sanctus est anima intimius quam sit anima sibi ipsi, & reddit rationem. Nam inquit Doctor. Deus est cuiuslibet creaturæ per.

12. Diu. c. 51.

Potentiam, } Per potentiam, quia est causa efficiens vnde omnis operatio. Nam cessante generali in-
Præsentiam, & } fluxu omnes creaturæ in nihilum tenderent.
Essentiam. } Per præsentiam, quia creaturæ ordinatæ sunt in Deum, & præcipue creatura rationalis, vt i finis, sicut exercitus in Ducem, sed finis est semper præsens intendenti, ergo per præsentiam.

4. Physf.

Per essentiam, quia de cõditione creaturæ est vt habeat causam largientem esse, & conseruantem, & quia formalargitur esse, & conseruat, hinc dicitur Deus esse causa formalis. Ideo d. Physf. contra illos, qui volebant locum esse materiam, quia continebat: Immo d. Physf. ponit conseruatorem, quia non dicitur materia, quia cõtineat sed potius forma cuius munus est continere. Hæc quo ad terminorum explicationem.

Iuan. 3.

Modo ad conclusionem redeo. Spiritus S non solum datur, & mittitur a patre, & a filio, sed datur a semetipso. Probat in diuina scriptura, ab August. in lib. 15. de Trini. Dicit q datur a patre, & a filio, & semetipso. Non enim dici potest q non sit suæ potestatis de quo scriptum est. Spiritus, vbi vult spirat. Si vbi vult spirat, ergo dat seipsum, quia spirare est dare.

Hinc ponit notandum, q duo dantur, & dant simul.
Primum est verbum, } Verbum datur, &
2. Est S. Sanctus. } Dat, siue mittitur, & mittit. } Datur dupl. Visibiliter } Visibiliter in Incar.
 } } & Inuisibiliter. } Inuisibiliter in mente.
Prima datio siue missio fuit semel, quia semel assumpsit naturam humanam, & quod semel assumpsit nunquam dimisit.

2. Missio inuisibilis est continua, & nunquam cessabit. Ego sum vobiscum vsque ad conf. seculi. Sic S. S. mittit visibiliter in die Penthecostis, in specie columbe, in nube, in digito, & multis alijs figuris, mittitur etiam inuisibiliter, quia nunquam derelinquit nos.

Præter dant etiam seipsos. Quia cum istæ apparitiones visibiles, & gratiæ inuisibiles sint opera externa sunt indiuisa, & per consequens concurrunt simul omnes, & sic dant, & dantur mittuntur, & mittunt. Dantur, vt Donum, & } Dant vt Deus. } Hæc sufficiant quo ad probationem conclusionis in qua appareret Spiritum Sanctum, & filium mitti, & mitte. Accedamus modo ad rationes in oppositum, & ad solutionem.

RATIONES PROBANTES,

Quod non datur missio temporalis.

Ar. 1. Vbi datur missio ibi datur subiectio, mutatio, separatio, & ministeriū seruilē: Hæc non conueniunt personis diuinis, quæ sunt æquales, immutabiles, vnitæ, & nobilissimæ, ergo non mittuntur. Maior & minor sunt clarissima, ergo conclusio vera.